

tium consensu &c: vel inherentibus, ut doctrina maiestate & sanctitate, pulchrâ & admirabili omnium inter se partium harmoniâ, certissimo prophetiarum complemento, &c: partim testimoniis, iisque vel externis, cuiusmodi sunt Ecclesiæ & ipsius scripturæ a, seu potiùs Dei nobis in scriptura loquentis; vel internis, cuiusmodi unicū est interna S. sancti persuasio b. Hoc S. sancti testimonium est *constitutum*, scripturis auctoritatem indens, & nobis eandem intus efficaciter persuadens: Ecclesiæ V. testimonium tantū *ministeriale* est, inditam agnoscens, agnitam promulgans, & promulgatam propugnans.

a Es. 55. v. 11. Ezech. 12. v. 25. & 28. 2. Pet. 1. v. 21. Nehem. 8. v. 2. & 3. b 1. Corinth. 2. v. 12. 1. Johan. 5. v. 6. Roman. 8. v. 16.

22 Hæc de scripturæ canonica auctoritate: perfectio ejus in eo consistit, quòd omne Dei verbum nobis ad salutem necessarium continet a, & nullo additamento verbi non scripti indiget b.

a Psal. 19. v. 8.  
Deut. 4. v. 2.  
b Joh. 30. v.  
ult.

23 Sic fuit de essentia S. scripturæ: circumstantiæ ejus sunt tres. 1. Perspicuitas, qua sacra dogmata ad salutem necessaria apertè satis in ea traduntur a, tametsi à nobis difficulter intelliguntur b. 2. Legendi & meditandi libertas, quæ non modò cle-

a Psal. 19. v.  
8. & 9. & 119.  
& 105. 2. Pet.  
1. v. 19.  
b 1. Cor. 13. v.  
9. & 12.